



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 10. Franicæ Regis expeditio in Britanniam adversus Mercurianum
Ducem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

tenebat, usque dum de pactis utrinque conventum esset.

Sæcul.XVI.
A.C.1598.

§. X.

Franciæ Regis expeditio in Britan-
niam aduersus Mercurianum Ducem.

Henricus cum prosperum pacis exitum, plenamque regni tranquillitatem si-
bi polliceri haud posset, donec Fœdera-
tos, qui adhuc in Britannia sub Mercu-
riani Ducis imperio bellum prosequen-
tibus, vel lenitate, vel armorum vi ad
obsequium revocasset, hinc præter duo-
decim belli tormenta, duodecim peditum,
& duo equitum millia in Britan-
niam sub Alberto Gondio Redefiarum
Duce præmittere statuit, dato negotio,
ut Connestabilis cum sex peditum milli-
bus, ac mille ducentis Equitibus interea
Picardiæ fines tueretur: ipse vero Rex
die decima octava Februarii eo contendi-
dere decrevit; sæpius enim Britonnes
Proceres eidem significabant, quod sola
ipsius præsentia rebelles abs dubio ad
officium redactura esset. Nec vana erat
eorum pollicitatio; vix enim Regis ex-
ercitus appropinquabat, cum jamjam
Dinemum, & Plesium-Bertrandi dedi-
tione caperetur: ipso autem Rege ad-
ventante Petrus Cornutus Plessius, qui
Cratum, & Monianum tenebat, mis-
sis ad Regem Delegatis die vigesima

Thuan. l.c.
Daniel pag.
206.

Hist.Eccles. Tom.LII.

T pri-

Sæcul. XVI. prima Februarii illius clementiam ex-
A. C. 1598. orabat, redditaque utraque urbe omnium
 delictorum oblivionem obtinebat: hac
 Regis lenitate permotus Franciscus Hur-
 taldus, ejusque Frater Rupefortium, &
 San-Symphorianum die prima Martii
 Henrico tradiderunt,

§. XI,

*Mercurianus Dux in Regis gratian
 receptis.*

*Memoir de
 Sully tom. I.
 c. 78.*

Demum Rex itinere promoto Cen-
 cellas pervenit, ubi Aloysiam defun-
 ctæ Regis viduam Reginam Mercuriani
 Ducis sororem officiose invisens, ^{eius}
 Fratri regiam spondebat benignantem,
 si modo illa tempestative uti vellet: itaque
 Dux, cum se a præcipuis derelictum ce-
 neret, ac tam validis Regis copiis re-
 stendo impar esset, cum Henrico trans-
 gere statuit: ut autem proficuas con-
 cordiæ conditiones sperare posset, ope-
 ra uti voluit Moncellensis Marchionisæ,
 quæ Regis Amasia erat, cuius etiam pa-
 trocinio tutus impetrabat, ut acceptis a
 Monmertino publicæ securitatis literis
 Mariam Lucemburgicam uxorem suam
 unacum Carolo Burnovio Nannetenfi
 Episcopo, & Valentino Lapardeo Dele-
 gatis suis Andegavum, ubi tum Rex a-
 gebat, decernere permetteretur: atta-
 men illa injuriose ab Andegavenibus
 ingressu